

Pseudolus 1246-80a

quid hoc? sicine hoc fit, pedes? statin an non?	ba4
an id voltis, ut me hinc iacentem aliquis tollat?	
nam hercle si cecidero, vestrum erit flagitium.	cr2ith
pergitin pergere? ah! serviendum mihi hodie est;	
magnum hoc vitium vino est:	ith 1250
pedes captat primum, luctator dolosust.	ba4
profecto edepol ego nunc probe habeo madulsam:	
ita victu excurato, ita magnis munditiis <et> dis dignis	an7
itaque in loco festivo sumus festive accepti.	versreiz
quid opust me multas agere ambages? hoc	colreizcolreiz 1255
est homini quam ob rem vitam amet,	ia4
hic omnes voluptates, in hoc	
omnes venustates sunt:	ia4^
deis proximum esse arbitror.	ia2ia2
nam ubi amans complexust amantem, ubi ad labra labella adiungit,	tr8
ubi alter alterum bilingui manifesto inter seprehendunt,	1260
ubi mamma mammicula opprimitur aut, si lubet, corpora conduplicant,	an8
manu candida cantharum dulciferum †propinare micissam amicitiam†	an8?
†neque ibi esse alium alio odio ibi nec molestum†	?
nec sermonibus morologis uti;	bacolbacol
unguenta atque odores, lemniscos, corollas	ba4 1265
dari dapsiles, non enim parce promi	
—victum ceterum ne quis me roget—	bacolbacol
hoc ego modo atque erus minor	crcolrcol
hunc diem sumpsimus prothyme,	cr1ith

<p> - - - - postquam opus meum </p>	crcol 1270
<p> - - - - - - - - omne ut volui perpetravi </p>	tr4
<p> - - - - - - - - hostibus fugatis. </p>	ith
<p> - - - - - - - - - - - - - - - illos accubantis, potantis, amantis </p>	ba4
<p> - - - - - - - - - - - - - - - cum scortis reliqui, et meum scortum ibidem, - - - - - - - - - - - - - - - suo cordi atque animo opsequentes. sed postquam </p>	
<p> - - - - - - - - - - - - - - - exurrexi, orant me ut saltem. </p>	ba3
<p> - - - - - - - - - - - - - - - ad hunc me modum intuli illis satis facete, - - - - - - - - - - - - - - - nimis ex disciplina, quippe ego qui </p>	ion4^
<p> - - - - - - - - - - - - - - - probe Ionica perdidici. sed palliolatim amictus </p>	ionsys10
<p> - - - - - - - - - - - - - - - sic haec incesi ludibundus. </p>	1275
<p> - - - - - - - - - - - - - - - plaudunt, 'parum' clamitant mi, ut revertar. </p>	bacolba2
<p> - - - - - - - - - - - - - - - occepi denuo hoc modo: nolui </p>	cr4
<p> - - - - - - - - - - - - - - - idem; amicae dabam me meae, </p>	cr3
<p> - - - - - - - - - - - - - - - ut me amaret: ubi circumvortor, cado: </p>	cr4
<p> - - - - - - - - - - - - - - - id fuit naenia ludo. </p>	an4^
<p> - - - - - - - - - - - - - - - itaque dum enitor... prox! iam paene inquinavi pallium. </p>	tr7
<p> - - - - - - - - - - - - - - - nimiae tum voluptati edepol fui! </p>	crcolcrol 1280
<p> - - - - - - - - - - - - - - - ob casum, datur cantharus: bibi. </p>	

Text and scansion from Cesare Questa (ed.), *Titi Macci Plauti Cantica* (Urbino, 1995).